Quelle: https://manuscripta.at/?ID=928
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



60

Fres Scote Ad Ephesios statis extende
mitatores dei sicut filij karissimi: et ambulate
in dilectione sicut et xps dilexit nos et tradidit se
metipsum pro nobis oblacionem et hostiam deo in odorem
suauitatis Fornicacio autem et omnis immundicia aut
auaricia nec nominetur inter vobis sicut decet sanctos.
aut turpitudo aut stultiloquium: aut scurrilitas
que ad rem non pertinet: sed magis gratiarum actio Hoc
autem scitote intelligentes: quod omnis fornicator
aut immundus aut auarus quod est ydolorum seruitus
non habet hereditatem in regno xpi et dei Nemo
vos seducat in inanibus verbis propter hec enim venit
ira dei in filios diffidencie Nolite ergo effici participes
eorum Erratis enim aliquando tenebre: nunc autem lux in
domino: ut filij lucis ambulate Fructus enim lucis in
omni bonitate et iustitia et veritate Graduale
Exurge domine non prualeat homo iudicentur gentes in aspectu
tuo V Iuxta tenuo iniquitates meas retrorsum infirmabuntur et
perient a facie tua Tractus Ad te leuauj oculos meos
qui habitas in celis Ecce sicut oculi seruorum in manibus dominorum
suorum Et sicut oculi ancille in manibus domine sue Ita oculi oculi
nostri ad dominum deum nostrum donec misereatur nostri Miserere nobis domine
Sancti Sancti Erat iesus Sm Lucam misereere nobis
Cecus demonium et illud erat mutum Et cum eiecisset
dem mutum locutus est mutus: et admirate sunt
turbe Quidam autem ex eis dixerunt In beelzebub
principe demoniorum eiicit demonia Et alij tentantes
signum de celo querebant ab eo Ipse autem ut vidit
cogitaciones eorum: dixit eis Omne regnum in se
ipsum diuisum desolabitur: et domus super domum
cadet Si autem et sathanas in seipsum diuisus est.